PSALMUS
CENTESIMUS NONUS.

1 Psalmus David.

Dixit Dominus Domino meo: Sedà dextris meis:
Donec ponam inimicos tuos, scabellum pedum tuorum.
2 Virgam virtutis tuæ emittet Dominus ex Sion: dominare in medio inimicorum tuorum.
3 Tecum principium in die virtutis tuæ in splendoribus sanctorum, ex ute o ante luciferum genui te.
4 Juravit Dominus, & non pœnitebit eum: Tu es sace dos in æternum secundùm ordinem Melchisedech.
5 Dominus à dextris tuis, confregit de iræ suæ reges.
6 Judicabit in nationibus, implebit ruinas: conquassabit capi a in terra multorum.
7 De torrente in via bibet: propterea exaltabit caput.

Titulus, & Argumentum.

Vers. 1.) Psalmus David.

Dixit Dominus Domino meo: Sedà dextris meis: Donec ponam inimicos tuos, scabellum C pedum tuorum.

Titulus.

IN titulo nihil difficultatem facit: nec multum refert, quod Hebraicè præponatur nomen *David*, & Græcè eidem nomini, quod secundo loco est, præponatur articulus τῷ. nam perinde est *Davidi* an *Davidis psalmum* dica, an *psalmū Davidi & Davidis*, ut alias docui: Davidem vero istius psalmi auctorem esse, dubitare Catholicos nefas; quum id affirmet Christos inde pro seipso argumentans *a*, & cùm Paulus *b* etiam ac Petrus *c* (qui præterea David hic loquentem *d* citet) pro ipso colligant ex eodem argumentum, sequitur, e illo litteraliter in eo tractari; tum vero quia alioqui contradixissent Hebræi, qui convicti scribuntur. Quum explanarem Actuum Apostolorum locum *d* in quo hi à Petro citatur, dicu salli vehementer Hebræos, qui existimant psalmi Auctorem esse aut Melch sedech aut Abrahæ famulum Eli Ezei; aut quempiam qui vixerit Davidis ætate; item vel agere de Abrahamo, vel de Dav de, vel de Ezechiæ. Non vocasset Melchisedech Rex idem, ac Sacerd s Abrahamum, qui homo privatus erat. *Domi um suum*: & manifeste sermo est in psalmo de aliquo, qui esset utrumque, & Rex, & Sacerdos. Quæ ratio convincit alias opiniones, adhæc illam quæ ait Davidem psalmi Auctorem de seipso loqui, aut de Abrahamo, aut de Ezechia, aut de Zorobabele: Non fuit David Sacerdos, ut nec Abraham simul Rex & Sacerdos, nunc utraque dignitas fuit simul in Ezechia, & Zorobabele; in nullo autem sacerdotium æternum. Sed & absurde de ipsum appellaret Dominum, ut Gregentius contra Hebræum Hebræum argumentatur *e*: nec minus absurde Ezechiam, aut Zorobabelem, tanto post futuros & dignitate pares. Abrahamum denique patrem potius appellasset, non dominum. Distorta item admodum expositio, velle Davidem significare, quod Dominus Deus dixerit nimirum sibi, *Domino suo*, idest, de Saule qui persequebatur ipsum, ut *sederet*, post ill us mortem, ipse David *à dextera Dei*, securus, ac tutus, &c. Idem judicium quod quispiam ex præcedis canticis in compositerit psalmum, atque cecinerit dixisse Dominum Deum *Domino suo* Davidi post mortem Saulis, ut *sederet*, &c. Vel etiamsi David composuerit, ut induceret populum gratulantem ipsi post partas victorias, quemadmodum in 19. inducitur orans pro proficiscente, ad bellum, in 20. pro redeunte cum triumpho. Nec plus habet probabilitatis, quo ediderit David psal. eo tempore, quo Salomonem secum regnare fecit, ac nomine totius populi cantari voluerit, ita ut incipiat continuare, quod *Dominus* David *dixerit Domino suo* Salomoni, ut *sederet à dextris suis*. Non deniq; aliis omissis, recurri potest ad Angelum custodem, cui dicatur à psalmi compositore, David, *dixisse*, *Dominum suum* nominando, ut *sederet à dextris suis*: Ex particulari psalmi totius enarratione constabit, clarior aliter sententium refutatio. Lyran. profert vetustiores Christo Rabbinos, Jonathan filium Oziel, & Joden. qui de Messia ps. præsentem intellexerunt. Prosequitur eadem horum testimonia pluribus verbis Eugubinus, & præterea R. Moysis Hadarsan, & R. Isaac. Addit Val. B. Barachiam, Genebrard. R. Moysen Nahamonidem citantem alios; & Galatin. *f* ad hæc alios addit. Commenti sunt proculdubio recentiores Rabbini dictas, & similes de psalmo isto sententias, ex malevolentia studioque conradicendi Religioni Christianæ. Quo pacto R. Salomon, quum fateatur psalmum secundum *g* Messia ab antiquis suis acceptum, *(* Nos, inquit, ob adversam Religionem de David interpretabimur. *)* Hanc in istius psalmi tradendo argumento fuisse Hebræorum mentem, dicto commentario Actuum morui ex Justino *g*, atque Tertulliano *h*, quibus addendi Euseb. *i*, Ambros. *k*, Hieron. *l*, præter omnes Enarratores, & quos in c mmentario hinc inde afferremus. Quæ præstar de Christo psalmum plane litteraliter sumere non tantum mystice, ac sub alterius typo. Lege quod ex Anastasio Græco refert hoc loco Ageil. Igitur de Christo, hoc est, de Filio Dei incarnato, quinque potissimum psalmus iste decantat: divinitatem, dominium, quod acquisivit ut homo in omnem creaturam, sacerdotalem dignitatem, cum facultate instituendi sacrificium, & Sacramenta: judiciariam potestatem, cum jure leges condendi, & eoivis pro meritis retribuendi: rationem, qua sibi comparavit postrema munera tria, nempe per meritum, præcipue quod exercuit in passione. In mysticis quatuor animalibus Ezech. totidem designantur Christi trophæa, ut homo est, Rex, Deus, Sacerdos, gerens hominis similitudinem, leonis, aquilæ, bovis.

Athan. Marcell. psalmum istum commendat, quod in eo Filii Dei nativitas æterna continetur, & ascensio Christi in cœlum, sessioque ad Patris dexteram. Colloc at etiam inter psalmos εἰδοποιούντας λογισμούς, enarratorios, & unicum asserit esse, qui quinto vaticinio habeat quoque historiæ speciem, opportunum etiam cum 44. volenti canere seorsim quæ pertinent ad Salvatorem, quoniam in illis indicatur ejus geninus ex Patre ortus. & in carnem ad ventus. Cassiod. comparat istum psalmum eum principio Evangelii Joannis. Deinde vocat quemdam solem fidei nostræ, speculum cœlesti. arcan. armarium sanctarum scripturarum, ubi totum summarum dicitur, quod utriusque Testamenti prædicatione nascatur. Idcircoamando tenendum esse, cujus dulcedo creseit ad meritum, quod & compendiosa brevitate colligitur:

Ecclesia erige in omni vespertino festivo officio, tum de Deo, & Christo, tum de quovis Sancto, ac Deipara psalmum primo semper loco frequentat. Peculiarem laudem habet à Christo, non solum quia dignatus est eo uni, & adversatios convincere, ut dixi: sed præterea quoniam *in spiritu* David hic loquutum testatos est *m*, quem Marcus *n* quum addito vocat *sanctum*: Ex quo obiter colligo, minus rectè Auctorem expositionis in Symbolum, sive Cypr. sive Ruffin. sit, v interpretari Christum significare voluisse secundùm spiritum esse Dominum, secundùm carnem filium David. Voluit significare Spiritu sancto, & divino præditum Davidem, ita de Christo cecinisse, ut vocaret eum *Dominum suum*. Illum tamen loquendi modum indicat quoque Isidorus *o*. Videtur item Tertull. *p* allusum à Christo ad hunc Psal. quando respondi: Pontifici, *Videbitis Filium hominis sedentem à dextris virtutis Dei* q: seu, *Erit Filius hominis sedens*, &c. *Dixit Dominus*, &c.) Recirantes quidem distinguimus versus duos, sicq; precatorii libri distinguunt; sed sententiæ profectio requirit unicum ex omnibus, quæ hic sunt posita, componi. Quamvis non perpetuum sit, quod ait hic non nemo, Hebræos distinguere per versus solere sententias. Id certe ubi carmine scriptum est opus, ea ætle servari nequit: & in distinctione, quam longe recentiores Christo Rabbini cum notis punctorum invexerunt, non tam diligenter in prosa editis aliis scripturis fecerunt.

Hoc Psalm. ad Eccl. in omni vespertino officio primo loco frequentatur.

Sensus loci.

Sensus porro præsentis loci desiderari melior non potest, quam quem Petrus in concione ad Hebræos ipsos assignavit hoc sermone ad verbum posti quam alium attulerat ex ps. 15. locum, a *Hunc Jesum resuscitavit Deus, cujus omnes nos testes sumus. Dextera igitur Dei exaltatus, & promissione Spiritus Sancti acceptum à Patre, effudit hunc, quem vos videtis, & auditis. Non enim David ascendit in cœlum, dixit autem ipse: Dixit Dominus Domino meo, Sede à dextris meis, donec ponam inimicos tuos scabellum pedum tuorum. Certissimè sciat ergo omnis domus Israel, quia & Dominum meum, & Christum fecit Deus, hunc Jesum, quem vos crucifixistis*. Tum subditur, quod *b his auditis compuncti sunt corde, & dixerunt ad Petrum, & ad reliquos Apostolos, Quid faciemus, viri fratres?* Compunctio ista demonstrabat eos convictos esse argumento, quod Petrus certissimum vocabat: & Petrus ita loquebatur, quia meminerat, quum Christus idem argumentum fecisset, Pharisæos respondere nequiviſſe, nec *aufus ex illa die eum amplius interrogare*, *c* sed *multam turbam eum libenter audivisse*, *d* Itaque non alium hic loqui, quam Deum Patrem David facit, & dicere Christo ut *sedeat*, &c. & Hebræorum Christo recentiorum figmenta evanescunt, de quibus antea meminimus, quum ante Christum, tempore Christi, & proxime post ascensionem ejus, viguerit apud Hebræos opinio, Davidem in isto psalmo agere de Christo, & contextus ipse psalmi plane convincat, ut deinceps magis patefiet. Tanta tamen Ochinum impudentia fuisse Canisius *e* noster testatur, ut nihil pro Christi deitate collrgi posse blasphemaret.

Aff. 2. 32, 33. 34. 35. 36

b vers. 37.

c Matth. 22, 41. & seq. Marc. 12. 35 & seq. Luc. 20. 41. & seq.

d Marc. 12, 37.

e 2. de Dei. fora, cap. 17

Dixit.) Justinus aliquando legit bis in tempore præsenti, λέγει, *dicit*, *f* sed totidem vicibus in præterito, εἶπεν, *dixit* s g si tamen Auctor est quæstionum ad orthodoxos, ubi semel utitur ea lectione. De Romana translatione idem refert Agellius: ego nullibi reperi. Ex *dicendi* verbo non video quidquam hoc loco colligi necessario pro generatione æterna, quæ *dicendo* fieri intelligitur, & ad Verbum ternari, ieu ad Filium, per verbi modum generatum, qua k accipias, quod *dicendo*, ideſt, generando *dixit*, *Sede à dextris meis*, hoc eit, accipe æqualitatem essentiæ meæ. Græcè hujus modi generatio non per εἶπεν sed per γέγεννηκα potius indicata elset, quemadmodum & *Verbum* λόγος appellatur. Vis major ad illud efficiendum in Paraphr. quod transtulerit, *Dixit Dominus Verbo suo*, בְּמֵימְרֵהּ *lememerah*, ut Lyranus, *h* Aygnanus, Valentia, (qui quum Christopolitanus Episcopus fuerit, puto apud Gulielmum Scepreum pro illo citari Chrysostomum) Eugubinus, Galatinus tett antur; sed hoc alii negant: & modo extat בְּמֵימְרֵהּ *lememereh*, *in verbo suo*, ideſt, dixit, & loquutus est, dicens. Nec vana suspicio, si non Onkelus antiquior, sed Aquila Ponticus apostata, Paraphr. quæ nunc extat, Auctor fuit, vel R. Joseph cæcus, sit vertisse, ut ad alium, quam ad Christum, traherent psal. sensum. Scio aliquibus placere illam ex positionem de generatione, & confirmare ex ps. 2, *i Dominus dixit ad me, Filius meus es tu*; sed malim significare vel *imperavit*, seu *decrevit*, vel *prædestinavit*, cui favet נְאֻם *neum*, in hoc ps. nostro denotans *asseverationem*, *dictumve indubitatum*. Tunc explicandum, quod *Dominus* Pater *imperavit Domino* Christo, prout est homo, & prædestinavit illum, ut inter alia, quæ sub præcepto, ac prædestinatione continentur, *sederet à dexteris ejus*, in cœlum ascendens. Nec tamen ii Christo præciperetur, aut ad hoc prædestinaretur, nisi simul esset idem Deus, qui homo: quia tanta dignitas convenit naturæ creatæ, sic elevatæ per unionem hypostaticam; ut ita etiam possit esse caput omnis alterius creaturæ, super quam illo modo eminet. Nihil valet Arianorum ratio ex hac notione *dicendi* contra Filii consubstantialitatem: Major est, qui imperat, & prædestinat: Sed Pater non *dixit*, id, non imperavit, aut prædestinavit, nisi sumendo Christum secundùm humanitatem. Sic visi respondere Arianis Ambros. *k* Auguſt. *l* Dictum est à Patre Christo in tempore, ut sederet ad dextram ipsius, *m* quia revera tantum in tempore ille ut homo acquisivit eam dignitatem; quamvis tunc potiſſimum patefactum sit, ac innotuerit, quod idem ut Deus habebat jam ab æterno consessum throni, & majestatis divinæ, tamquam æqualis, atque consubstantialis Patri, & verus Deus.

f Hieron. in Tryph. g Apoc. 3. 7. 15 and orth.

h lib. 8. c. 14.

i lib. 5. c. 5. in 3 Argumentum.

k appl. David. vid. 1. 2. 4.

l in Mar. 22

m Marc. 12.

n 12. 36.

o lib. 1. de Orig. cap. 41.

p de Mariv. &c. cap. 3.

q Matt. 26.

r Luc. 22. 69

Resuscitatur Ariani.

k 2. de fide cap. ult. & appl. 2. David. c. 4.

l Contr. sem. Arian. fall. 12.

Dominus Domino meo.) Græcè, κύριος κυρίῳ μου: ita ut Anullum nomium discrimen deprehendatur in Latina, & Græca lingua; sed in Heb. primum est illud ineffabile, & incommunicabile alteri, quam vero Deo, יְהוָה *jehovah*. Quare non potest exponi *Dominum*, qui *dixit*, fuisse aliquem hominem, ut de variis hominibus quosdam opinatos initio retuli. Ex nomine Hebræo secundo אֲדֹנִי *adoni*, cum affixo prime personę (quod est appellativum non proprium, אֲדֹנַי *Adonai*, nec אֱלֹהִים *elohim*, ut quidam *n* tamen dixit, etsi esset אָדֹן *Adon*, præcedens יְהוָה haberet puncta nominis אֱלֹהִים *elohim*, hoc modo יְהוִֹה, ut Grammatici præcipiunt) ex nomine, inquam, quod hic habetur אֲדֹנִי *adoni*, inferebant Ariani Christum (de illo, namque sermone esse jam constituimus contra Hebræos) minorem Dominum esse, Domino, qui dixisse illi dicitur, & vocatur יְהוָה *jehovah*, At multis in locis hoc nomen Christo tribui certum est: *n* alibi; ostensum, præsertim quum seorsim de illo solo mentio fit non autem simul de Patre. Curare forsan voluerunt scripturæ veteres circa nomen יְהוָה *jehovah*, ne id repetendo deinceps ac adversis tribuendo, viderentur duos Deos inducere, cum Trinitatis mysterium Judæis vulgo esset ignotum. Hoc etiam loco David, quum vellet Christum ob peculiarem affectum, quia ex se secundum carnem proditurus erat, *Dominum suum* appellare, (alioqui potuit quoq; dicere, *Dixit Dominus* meus *Domino meo*, sicut alibi, *o* quamvis per aliud ex nominibus Dei) quem sciebat fore simul Deum, non potuit affigere pronomen nomini יְהוָה *jehovah*, quod ob simplicitatem, ac proprietatem summam divinæ essentiæ, quam exprimit, nullum accidens admittit, aut epithetum, aut affixum pronomen. Ut porro Christus, quum *Dominus* dicitur, dominium Patri tollit: sic quando Pater vocatur *Deus*, non idcirco tollit Filio divinitatem. Docui etiam in Actibus Apostolorum, e quare *Dominum* vocabulum æpius tributum Christo. Causa est quia illum significare potest, ut si simul est Deus & homo: unde & in Symbolo *profiteri nos credere in Deum Patrem, & in Jesum Christum Dominum nostrum*. Præterea, quoniam pretio sanguinis comparavit sibi dominium universi. *Dominum suum* Christum David vocat, non purum hominem, ut ratiocinatus est idemmet Christus *p* (Lex hoc prohibet, ait Ambrosius *q* probans non sic à David hic appellatum Salomon. repugnat Religio, abhorret fides, ut ad dexteram Dei omnipotentis mortalem hominem loces. Tamen appellat quoque David Christum *Dominum suum*, non modo ut Deum, verumetiam ut hominem, sive ut humana præditum natura, quæ divinæ conjungenda erat, & propterea homo talis futurus erat caput omnium hominum, & omnis creaturæ. Nam si Consuli filio pater, honoris causſa, cessit loco, *r* & *Dominum* vocare potuit: multo magis David hominem illum, quem dixi, recte nominavit *Dominum suum*.) *(* Si contingat, inquit Auguſt. filium cujuſquam Regem fieri, patre privato, nonne erit Dominus patris? Admirabilius est, quod potest contingere, ut non solum Rex factus privati filius, Dominus sit patris sui, sed & Episcopus factus laici filius sit pater patris sui.) Et postea, (Gaudeat ergo nobiscum & David filii sui nativitate honoratus, dominatu liberatus: & gaudens dicat, ut à gaudentibus audiatur, *Dixit Dominus Domino meo*, &c.) Non Chryſost. tantum, aut quispiam alius hoc loco, & dictus Hieron. sed Ambrosius quoque modo citatus, redargui scribit hinc Judæos, Photinianos, Arianos, Sabellianos, Manichæos, Valentinianos: quia Christus Deus est, Dei Filius, non David tantum, & Patri est æqualis; & distincta persona à Patre, & simul tamen filius David secundùm carnem. veram carnem suscepit. Hos, & similes errores damnant adhuc ea, quæ in Psalmo sequuntur. Chryſostomus autem quodam sermone *s* divinitatem Christi hoc ex loco probans, notari jubet dici à Davide *t* *Dixit Dominus Domino meo*, non autem; *Domini mei*.

m Psal. 10. 12. 17. 14. Arianorum illatio.

n 1 Jer. 23. 6. Ratio cur Scripturæ ratio nomen Jehovah Christo tribuerint.

o 1 Jer. 1. 6. Causa cur Domini vocabulum Christo tribuatur æpius.

*Psal. 15. & alibi sæpe.

p Matth. 22. 44.

q 1 apol. 2. David. c. 4.

r & Fab. Maximus.

s 1 Serm. de Tim. c. 3.

t Hebr. 5. 5.

Hugonis Tropologia est, *Davidem*, ideſt, juxta etymon, *manu fortem*, vel *aspectu desiderabilem*, nempe bonum affectum hoc proferre: *Dixit Dominus*, qui in homine est intellectus, aut synteresis, aut Spiritus sanctus, *Domino meo*, libero arbitrio, quod in regno animæ dominatur: *sede à dextris meis*, ideſt, in bonis spiritualibus requiesce. Adjice, quod naturalis rerum Dominus, & cui debitus consessus ad Patris dexteram, expectat tamen quodammodo נְאֻם *neum*, *dictum*, *jussum*, *statutum*, *decretum*, legem Patris. *Nec quiſquam*, inquit Apostolus, t *sumit sibi honorem, sed qui vocatur à Deo*,

Tropologia

Deo, tamquam Aaron: sic, & Christus non semetipsum A *& t quo omnes Angeli administratorii sunt spiritus, in mini-*
clarificavit, ut Pontifex fieret: sed qui loquutus est ad eum: *sterium missi*: quasi hac ratione *non sederat*, ideſt, non ha-
Filius meus es tu, ego hodie genuite: quemadmodum & in beant regiam illam dignitatem; licèt alioqui quivis beatus,
alio loco dicit, Tu es sacerdos in æternum secundùm ordinem & Angelus, & homo regnet, & Rex sit hoc ipso,
Melchisedech. Meretur etiam observationem quod Ter- quod beatus. Hoc demum est Christo, quia *humiliavit se-*
tullus, *a* notavit, quando Christum vocavit cæcus *Filium* *metipsum exaltabo, & nomen consequuto super omne nomen*
Dei b, Christum nihil respondisse, sed tacitè approba- *omne genuflecti, etiam celestium*, non solum *terrestrium, &*
visse, ac fidem æci remuneraſſe, quia non aderant Scri- *infernorum, omnemq; linguam confiteri, quia Dominus in*
bæ: postea ultro, ac de industria prorulisse, ut se Do- *gloria est Dei Patri* u, quasi dicas, *quia sedet à dextris Pa-*
mino quoque demonstraret, non Filium dumtaxat. Item *tris*. Qui sessionem Christo ut Deo tribuunt, propter æ-
notatu dignum, quod prima verba capitis 45. Esaiæ, qualitatem dignitate, ac essentia Patris verum etiam di-
Hæc dicit Dominus Christo meo Cyro, aliqui, ut ibi testa- cunt: & nisi Christus hanc haberet sessionem nec aſiam
tur Hieronym. legerunt, *Christo meo Domino*, ut pro χυρίῳ, haberet, quam modo dicebam ei tamquam homini con-
sit χριῳ, sed reprehendit, quia est כורש *chores*, venire: quoniam tamquam homini convenit, datur: qui
nomen Regis Cyri. Leo Castro defendit legentes χριῳ, sit simul Deus, & qui propter infinitam personæ divinæ
contenditq; contineri eo capite praraphrasim quandam dignitatem, constituatur caput super omnem creaturam.
præsentis psalmi. Jam alibi de illo loco egi. Quidquid Ceterum magis directè intelligitur locus hic modo pro-
sit, acquiescendum editioni nostræ, concedendumque, xime dicto. Nonnihil favet modus imperandi, *sede*, quasi
Cyrum Christi typum gessisse. Lactantius *c*, compa- libere juvitet Pater, cum sessio conveniens Christo qua-
rat locum utrumque, ut de Christo sit. tenus Deo, sit necessaria & naturalis. Ne quasi nolente Pa-
Sede à dextris meis.] Chald. *Dixit Dominus in verbo* tre honorem videatur rapuisse Christus, Patrem eo modo
suo, se daturum mihi dominationem, eo quod incubuerim do- loquentem induci docet Cyrillus Alexand. x Profectò sic
ctrinæ legis dextera ejus, vel juxta Nebiensem, *eo quod se-* videmur in symbolo confiteri de Christo *sedere ad dexte-*
derim ad discendam legem, dextera mea expecta, &c. Qui- *ram Patris*; quomodo *ascendisse ad cœlos*: atqui ut homo
cumq; sit Auctor paraphrasis, & quamvis legeremus *Di-* ascendit. Scripturæ item meminerunt una semper de ses-
xit Dominus verbo suo, ac interpretaremur de secunda sione ista Christi, deq; ejusdem ascensione: & Paulus y fa-
persona Trinitatis; alia, quæ subdit ille, videtur ad a- cit nos cum illo consedere. Id Ambros. z interpretatur,
lium retulisse quam ad Christum. Nam indueit Prophe- non quia quisquam præter Christum, sedendi prærogati-
tam de seipso loquentem in prima persona: neq; Christo vam meruerit in illa sede Dei, de qua Pater soli filio hic
convenit incumbere, vel sedere ad discendam legem, dicit; sed quoniam in illa carne Christi per consortium
quum sit Auctor legis, & scientiam habeat, tum divi- ejusdem naturæ, caro omnis humani generis honorata
nam, tum infusam. Prius quoq; alios refelli, exponentes est. Nyssen. *a* differte scribit, quod Pater ad Christum,
dictum hoc de homine puro, qui subDei tutela esse jubea- postquam ut homo potestatem accepit, dixit, *sede*. Valet
tur, tutuiq; apud illum. Præterquam quod, ut in aliis in his bene Theologis notus canon de communicatione
psalmis docui, qui in alicujus est protectione, potius ha- idiomatum; quum nempe propositiones quædam efferun-
bet eum, qui se protegit, ad dexteram suam, si haberet tur de Christo, quæ illi convenire nequeunt ut Deus est
ad sinistram non posset tegi ab illo, & protegi: quamvis simpliciter, neque ut homo. De sessione corporali quæri
absolute majori honori ducatur occupare, vel stare, vel posset, sed convenientior glorioso corpori status: immo
sedere ad alterius dexteram. Justin. *d*, Tertull. *e* Judæo- natura lis conditio nostra est stare: ita ut non tedeamus
rum de Ezechia refellunt expositionem, quasi sederit ad nisi propter necessitatem, ut requiscamus. Quocirca per
templi dextram, & hostes ejus savertit Deus dextram, & metaphoram potius dicitur Christus in cœlo sedere, &
absumpsit. Solum dicitur Ezechias, quod ad hoc attinet, cum illo beati, hoc est, simul ibi habitare, quiescere pro-
omissis aliis, *ascendisse, & intravisse in domum Domini* f, cul ab omni labore, regnare & conregnare: ubi Christus
non quod sederit ad dexteram. Communior, & verior sicut Rex gubernat, beati fructu regni gaudent. Quin et-
expositio est, non uno etiam à nobis tantum loca indica- iam quodammodo, ideſt, quantum ad nos, & ratione gu-
ta, sessionem Christi ad dextram Patris, denotare, (po- Cbernationis, videtur ipso Patre major Christus, significari, quum *ad ejus dexteram sedere* dicitur: quia conces-
nendo honoratiorem esse, quam ad sinistram, quidquid sit Christo regni administrationem, *omnemque judicium*
Nebrilensis g contradicat, hunc ipsum quoq; tractans lo- *dedit ei* b, & ipse amissum regnum sanguine recuperavit,
cum, & similes,) quod, ut fere Latini dicunt, habeat & suomet verbo fidem in hominum cordibus plantavit.
in regno Dei cœlesti portiora, majora, digniora bona inter Qua ratione videtur *exaltavisse eum Deus super omne no-*
alios beatos; & summam supra illos, atq; in omnes, qui *men*, ideſt, etiam Dei *c*, cui caput non ita deregimus
sunt judicandi dignitatem, & potestatem: vel ut fere quemadmodum nomini Jesu, quoniam humilia verat ille
Græci volunt, parem omnino cum Patre gradum hono- *se infra* etiam naturam humanam. Tantum abeſt, ut
ris, gloriæ, potestatis, dignitatis, quæ vocatur etiam *de-* Ariani adversus consubstantialitatem licet inde argu-
xtera virtutis Dei h. Hoc habuit ab æterno cogternus Pa- mentari. Plus aliquando Scripturam de Filio dicere ob-
tri Christus, ut Deus, Patrisq; consubstantialis Filius: servat Ambrol. *d*, quam de Patre; non quod plus habeat,
post ascensionem innotuit magis mundo: illud aliud ut quam Pater, sed ne minus habere credatur. Quod in
homo meruit per passionem suam, & post resurrectionem Christo locum habet per se, ut Dei filius est: ut autem
data est ei omnis potestas i: hanc autem, quum ascendit, homo, ad eum modum quem nunc tradidi, nempe quan-
quodammodo iniit, ac deinceps magis exercere cœpit, tum ad nos, & secundùm externam administrationem.
& dexteræ opera, quæ personæ secundæ attribuitur, o- Ait etiam *e*, Quun audimus, *Sede*, intelligere nos de-
perati. Omnes electi constituuntur *ad dexteram Dei* k, quia bere quod Pater honorat Filium, & vultu esse pietatis
potiuntur, ac fruuntur ipso, ac veluti transformantur in exemplum, non præceptionis imperium: & si hoc sit,
ipsum, similes ei, *videndo illum, sicuti est* l. Christus ergo secundùm assumtionem corporis accipi, non de æterna
cum simplicitate jubetur *sedere à dextris Dei*, (si qua vis sede divinitatis, quæ non convenit ex gratia & præc-
quoq; in plurali nomine est: nam *ad dexteram* legis sæpe pto, nec ille quasi jussus obsequitur, sed quasi dilectissi-
Ambrol. postea citandus, & Faust. *m*, Cypr. *n*, Tertull. mus filius honoratur. Nimis crassi & absurdi, qui sessio-
o Novat. *p*, aliq; ndo Augustin. *q*) significatur primum lo- nem corporaliter sumunt ad corporalem dextram Patris,
cum obtinere inter electos; Aut certe si admittamus in sicut & inferius, quum *Deus à dextris esse* ejusdem Chri-
ipsa beatitudine, veluti cingi latera Dei à beatis in dextro sti dicitur. Citra metaphoram in cœlo est Christus, ac
collocabitur Christus, tamquam longe dignior, & in si- in certa empyrei, quod beatorum domicilium est, parte;
nistro ceteri, suo quisque ordine, & merito. Atque ita Sed hæc pars non est in dextra Patris corporali quærenda, quæ nulla est; verum est alio modo accipienda,
non erit Deus Christo sinister, sed medius; qui locus di- ut dictum est prius. Commode contemplari possumus,
gnissimo debetur: alii beati dicentur, Christi respectu; quod Bernardus *f* innuit, Dominum Domino Davi-
sinistri, quia minus digni. Omnia ista vera. Sed potissi- dis, & omnium Christo, verba hæc, *Sede à dextris meis*,
mum, ac per se videtur esse sermo de judiciaria, regiaq; dixisse, quum jam cœlos omnes penetravisset, (quod
potestate Christo secundùm humanitatem communica- Mairon parum solide comminiscitur undecim dierum
ta. Nam Petrus r proferens præsentem locum, ut antea spatio fecisse, quot intercesserunt ab eo quo cœpit
monui, dextera Dei exaltatum Christum dicit, & explicat ascendere; usq; ad illum in quo Spiritum Sanctum mi-
magis per hoc quod *ascenderit in cœlum, & Deus illum* sit) & *pervenisset ad antiquum dierum* g; & cum An-
fecerit Dominum, & Christum. Præterea Paulus, hoc et- geli

a 4. contr. Marcion c. 38
b Luc. 18. 31 3.
c l. 4 3. c. 12
d in Thryph c. 1 c. Marcion. 9.
e 4. Reg. 19. 2. Es. 37. 1.
Solio ad dexteram honoratior est quam ad finit. a n g in Quinquagesc. 39.
h Luc. 22. 69.
i Matth. ult. 18.
k Matth. 25. 34.
l 1. Joa. 3. 2.
m l. de fide. n l. 2 c. 26. o l. 4. Marcion c. 41. l. 5. c. 9 & 17 l. contr. Praxeam c. 13. p de Trin. c. 9. & 21.
q tract. 8. in Joan.
r Act. 2. 33.
s 1. Cor. 15. 25.

t Hebr. 1. 14.
u Phil. 2. 11.
x 10. 10 Joa. 9.
y Ephes. 2. 6. & 1. 37. ed. Rom.
z in fragm.
a de Christo cap. 15.
b Joan. 5. 23.
c Phil. 2. 9.
d 2. de Sp. S. c. 12.
e. ult.
e 2. de fide. c. ult.
f Psal. 109. 1.
g Dan. 7. 13. 22.

Christus in cœlo sedere per metaphoram dicitur.

Causa cur ad dexteram Patris sedere dicatur Filius.

a Apoc. 14. 4 1 Joan. ep. 9. in 2. de S. S. c. 18. in Serm. 5. de nativit. o. 49. sub finem. prop. ad Manich. Expos. in Psal. tom. 1. Conc. Ephes. 1. Hier. 8. 1. Cass. 12. 2. 1 Matth. 25. 22 2. f 1. tract. de S. Stephano.

Sacramentariorum & aliorum hæreticorum rejiciuntur.

Potentiam, quantumvis *nolint eum regnare* k; alios invitos, & miseros; alios voluntarios, & beatos, inquit Bern. l. Idcirco *donec* non definit, quasi sedere desinat Christus, postquam perfectè subdiderit inimicos, qui dum subdit, dicitur sedere. Sunt plura exempla similia, nec semel in hoc opere indicata, sed proposito congruunt ista, m *Fiant immobiles quasi lapis, donec pertranseat populus tuus iste*, profectò non excitandi posttea. *Nullus poterit resistere tibi, donec conteras eos* n, qui certe semel contriti non resistent. *Non commovebitur, donec despiciat inimicos suos* o; at quos postquam despexerit, ac dejecerit, nihil est quod commoveatur. *Oculi nostri ad Dominum Deum nostrum, donec misereatur nostri* p, etiam postquam misertus fuerit. *Vobiscum sum usque ad consummationem seculi* q, & post illam quoque. *Non cognovit eum, donec peperit filium suum primogenitum* r, nec umquam postea cognovit. *Non gustabunt mortem, donec videant filium hominis venientem in regno suo* s, non sequitur statim gustaturus, postquam visus esset, sed quod non ante. *Michol non peperit, usque ad diem mortis sua* t, profectio nec postea. *Donec venio ad te, attende lectioni* u, etiam post adventum ejus. *Donec senescatis, ego sum* x, quis dubitat, quin postquam senuerint, non desistat Deus esse? *Non revertebatur*, (corvus) *donec siccarentur aquæ super faciem terræ* y, nec deinde quidem. *Tenui, nec dimittam, donec introducam in domum matris meæ* z, non quod tunc esset dimissura. Lege etiam Isidorum Peluſiotam *a*, Gregorium *b*. Ambrosius *c* de hoc ultimo agens loco, cum explanat per istum nostrum, Numquid subjectis populis nationum, qui ante videbantur inimici quum salutis Auctorem negarent simulachris servirent, ad dexteram Patris Filius sedere desivit, aut in perpetuum non sedebit? Lege etiam inter alios Augustinum *d* Latini nonnumquam, licet ratius, *donec* usurpant pro *quamdiu*, Ut Ovidus,

Donec eris fœlix, multos numerabis amicos.

Et,

Donec eram sospes, &c.

Ideſt, *quandiu, interim*?, *dum*, &c. Potest etiam sensus esse, ut *sedeat Christus*, ideſt, quiescat, & expectet, (sic enim quandoq; *e* vertitur Hebræum verbum, quod hoc loco est שׁב *seu*) donec durat pugna, & debellentur inimici: tunc demum veluti surrecturum, ut descendat ad judicium. Quo pacto particula *donec* secundùm vim suam suam potest, quam vocant ὁριστικὴν *definitivam*. Idem Apostolus *f* de eodem scribit, Christo, quod *in sempiternum sedet in dextera Dei*; sive *in sempiternum* accipias, quamdiu durat mundus, sive proprie: subdit namque, quod *de cetero expectat, donec ponantur inimici ejus* (tum ipsomet, ut ille idemmet antea dixerat; tum à Patre, admodum, quem dixi) *scabellum pedum ejus*. Ait præterea *g*, quod *quum subjecta omnia fuerint Christo, seu Filio, tunc & ipse subjicietur ei*: non quia humanitas convertenda tunc sit in divinitatem, qui nunc veluti thorace uratur, quod inceptiſ mè alicui commenti sunt *h*; sed quia tunc deponetur quodammodo ab officio Ecclesia administrandi: quod non erit deinceps necessarium, quum videlicet restituerit plene regnum Patri, qui ad hoc illum huc miserat. Explicat id fuse, solide, eleganter noster Maldonatus in luculento psalmi præsentis commentario, quem Luretiæ,

b Cath. 4. c. erat in assumpt. Christi.

Deus, elegantius nomen eo, quod extat in Evangeliis z. Legit præterea Irenæus & Lactantius *quo ad usq*; & Hieron. alicubi *a*, *sub pedibus tuis*, nec non August. *b*. Tertull. *c*, *sub pedes* explicans *d opprimere, subjicere pedibus* e. Paulus *f* hoc exponit, ipsimet Christo tribuens, quod hic Patri tribuitur, videlicet quia id sit divina virtute, quam habet quoq; Christus ut Deus à Patre; idem vero ut homo sedet, quiescendo, ac sine labore, qui jam præcessit, & præmiatur; sed simul gubernando, quatenus Ecclesiæ caput: unde paullo post hic mentio fit de virga, atq; dominio ipsius. Dixit quoq; ipse *se visisse mundum* g; & Apostolus *h*, *datam nobis victoriam per illum*: *Quum evacuaverit*, inquit, *omnem principatum, & potestatem, & virtutum. Oportet autem illum regnare, donec ponat omnes inimicos suos sub pedibus ejus*; *novissima autem destruetur mors*. Dæmonas intelligit Justin. *i*. Homines etiam comprehendendi sunt, quia adversantur Christo. Hi omnes licet, quo ad mundus durabit, aliquo modo resistent, evadet Christus tamen superior, suisq; illos pedibus subjiciet, atq; conteret subditos sibi faciet, & obtequentes nonnullos, aliorum franget contumaciam, &

k Luc. 19. 14.
l Serm. 7. in Cantic.
m Ex. 15. 16
n Deut. 7. 24
o Ps. 122. 2.
p Ps. 122. 2.
q Matth. ult. 20.
r Matth. 1. 25.
s Matth. 16 28.
t 1. Reg. 6. 23.
u 1. Tim. 4. 13.
x Theron. contr. Herodorum citat.
y Gen. 8. 7.
z Cant. 3. 4.
a lib. 2. epist. 8
b 8 non. Sept. ad 33.
c de instit. virg. c. 5.

Et, (sic enim quandoq; *e* vertitur Hebræum verbum, quod hoc loco est שׁב *seu*) donec durat pugna, & debellentur inimici: tunc demum veluti surrecturum, ut descendat ad judicium. Quo pacto particula *donec* secundùm vim suam suam potest, quam vocant ὁριστικὴν *definitivam*. Idem Apostolus *f* de eodem scribit, Christo, quod *in sempiternum sedet in dextera Dei*; sive *in sempiternum* accipias, quamdiu durat mundus, sive proprie: subdit namque, quod *de cetero expectat, donec ponantur inimici ejus* (tum ipsomet, ut ille idemmet antea dixerat; tum à Patre, admodum, quem dixi) *scabellum pedum ejus*. Ait præterea *g*, quod *quum subjecta omnia fuerint Christo, seu Filio, tunc & ipse subjicietur ei*: non quia humanitas convertenda tunc sit in divinitatem, qui nunc veluti thorace uratur, quod inceptiſ mè alicui commenti sunt *h*; sed quia tunc deponetur quodammodo ab officio Ecclesia administrandi: quod non erit deinceps necessarium, quum videlicet restituerit plene regnum Patri, qui ad hoc illum huc miserat. Explicat id fuse, solide, eleganter noster Maldonatus in luculento psalmi præsentis commentario, quem Luretiæ,

c Ex. 24. 14.
d Hebræo. 12.
e 1. Cor. 15. 28.
f Tim. c. de assens.
g 1. Cor. 15. 28.
h apud Aug. epist. Leont. ser. Arian. c. 37.

Tryphillio similis, qui pro τραπέζατος usurpabat σιμπό-

me puero, ad frequentissimum nobilissimumque audi-
torium, summa omnium approbatione, festivis prome-
tridiis horis pronunciavit.

Maximæ ac vilissimæ quoque servitutis subjectionem
esse, hostium collum dortumve calcare tamquam scabel-
lum, nemo nescit: & alibi annotavimus, Valeriani ex-
emplo, quem Sapores Persarum Rex *a*, & Bajazetis
quem Tamerlanes *b* tamquam stapedem, equum inces-
surt adhibebant. Nec dissimilis Cimacidum ancillarum
apud Cyprios usus, quasi dicas scelares, aut scalulas,
quæ πολλάκις etiam cognominabantur, ideft, ascenta-
trices: & aliarum insula Samo, quas vocabant ὑποπο-
δάς *d*, quod nomen à collectore thesauri Græco minor
omisum. In pl. 98. *e*, *adorare scabellum pedum ejus*, at-
tulli scabelli hujus mysticas acceptiones. Placet nonnul-
lis exponere hoc loco, *Donec ponam inimicos tuos scabel-
lum pedum tuorum*, ideft, donec subjiciam tibi etiam ut
homini, eos qui offenti humanitatę, quam in te solam,
& puram putantes, detrectabuntur primum adorare te,
sed adorabunt agnoscentes & credentes divinitati con-
junctam; & qui ponte nolent, credent nihilominus &
contremiscent. Idem est si per hoc *scabellum* intelligamus
Eucharistiam, sicut *caput Christi est Deus*, *f*, divinitaf-
que illius, ita pedes censeri possunt humanitas; cui tam-
quam scabellum omnes inimici subjiciendi dicuntur. In-
dicat Haimo de humanitate, Pampolitanum vim phrasis
optimè declaravit, docens hoc dictum instar tyrannorum
captorum, qui subduntur pedibus Regum, & ab his in-
carcerantur aeq; suspenduntur. Admitterem tamen eti-
am subjection in liberam: quamvis vix sine aliqua vi
præcedenti redigantur ulli ad illam, qui est gladius & i-
gnis, quos Christus *m visse se terram* dixit *g*. Quadrant
præsenti loco ac sequentibus in psal. ea quæ scribuntur in
Esaiæ cap. 45. sub Cyri persona, ut antea monui, & Leo
Castro demonstrabat ibidem. Imitemur Patrem nos-
trum, invitando Christum & orando ut *sedeat à dextris
nostris*, *ne commoveamur* h; ut ei potiores partes semper
deferamus: ut regnare nolimus alium super nos, nec
alium habere judicem velimus: ut fixam sedem habeat in
nobis, mancatq; à dexteris intellectus nostri ac voluntā-
tis per fidem & charitatem, cum ceteris vitiutibus: *do-
nec ponat inimicos nostros scabellum pedum nostrum*: ut sub-
damus appetitum rationi, & *sit appetitus noster super no-
bis* i; ut de mundo inimico Dei, & prudentia carnis ei-
dem inimica; de inimico homine diabolo victoriam tri-
buat nobis: non feramus ut subsit Christus nobis, non
cum servire faciamus in peccatis k, non *conculcemus Filium
Dei*. Sed & per accommodationem licebit, utcumq; di-
cere, quod dixit Dominus Domino huic aut illi sancto,
præsertim martyri, ut *sedeat à dextris ejus*, *donec ponat
inimicos illius*, tum dæmonas, tum persecutores *scabellum
pedum*, & *velociter conterat Satanam sub pedibus ipsius* m:
quod *vi gam virtutis* martyris *emisit Dominus* per famam
sanctitatis, & per miracula: quod *dominari eum fecit in
medio inimicorum*, quia habetur in veneratione; tyranni
damnati, vituperantur; quod *cum illa fuit principium*,
ideft, vel princeps virtus charitatis fortissimæ, vel Chri-
stus principium, & princeps; quod *in die virtutis* mo-
do dicte, & *in splendoribus sanctorum*, hoc est, splendens
inter sanctos: quo *ex utero ante Lucifer um genuit*, pro-
pter æternam prædestinationem in charissimum filium;
quod *juravit Dominus*, & *non penitebit eum*, tum ob
immutabile propopositum electionis, tum ut *sit sacerdos
in æternum secundùm ordinem Melchisedech*, ideft, perpe-
tuus offerat Deo laudes, juxta præteriptum Christi, qui
est Rex justitiæ.

Vers. 2.) Virgam virtutis tuæ emittet Dominus ex Sion:
dominare in medio inimicorum tuorum.

Sensus loci.

VEl Pater de seipso sub tertia persona, ut sæpe fit, lo-
quitur, vel Propheta veluti audito priori Patris
sermone; respondens convertit se ad Filium Dei Patris,
quem suum Dominum appellaverat. Ego, inquit Pater,
efficiam, postquam sedere te fecero à dextris meis, (quod
secundùm humanitatem per seintelligitur) volens ini-
micos pedibus tuis subdere, ut sceptrum seu regia pote-
stas tua, roburq; omni vigeat in loco sumto ex Sione &
Jerosolymis initio: propterea nihil vereatis inimicos,
sed libere, & sine impedimento dominare quantiscumq;
& qualibuscumq; circumdatus inimicis videatis Pagano-
rum, Judæorum, & succesu temporis etiam Hæreticō-
rum, & malorum Christianorum; virga illa tua eos per-
cute, dejice, sterne, insili circumquaq; in omnes: qui-
bus tandem in fine sæculi penitus extinctis, aut ad fidele
obsequium redactis, eminebis Dominus & Rex, atq; ex-
altaberis super omnes inimicos tuos, non jam amplius in
medio eorum. Idem sensus efficitur, si loqui Propheta
Christo intelligatur, ut Cassiod. placet, & pluribus. Tre-
vetus dominium exponit in medio dæmonum, quando
Christus eduxit Patres ex inferno. Ceterum, omissa vir-
ga seu baculo panis, quem Abrahamo obtulit Melchise-
dechus *n*, & arce Sionis, in qua David regiam locavit,
& arca ex qua ibidem à se constituta, petebat opem: at-
que similibus augamentis Rabbinorum, figurato sermo-
ne virga ista denotans regiam Christi dignitatem ac ro-
bur, quæ vocantur in alio ps. *o*, *Virga directionis & regni*:
consistit vel in ipsa humanitate Christi, qua ille tamquam
instromento usus est potissimus in Sion & in Jerusalem,
ad ostendendam sanciendamque auctoritatem suam, ac
jubigendos inimicos: vel in virtute miraculorum, & E-
vangelica prædicatione, non à Christo dumtaxat ibidem
præcipue exercitata & habita, sed ab Apostolis etiam,
quibus quoq; ut inde inchoarent injunxerat *p*, & ita futu-
rum Esaias *q* & Michæas *r* prædixerant; vel in cruce,
quæ sceptri videtur loco esse, gestaturq; in labaris, tiaris,
coronis & in omni quantævis dignitatis insigni: per eam
autem hostes omnes debellati sunt ac debellantur. Est
quidem Christus secundùm humanitatem suam *virga
egressa de radice Jesse* *s*: sed egressus hic fuit ex Bethleem,
ut Theod. notat, unde nimirum Jesse, ac David erant; &
inde exturrexit Christus *regnaturus in quem & illa speraver-
ant* t. Sectatur illam de humanitate sententiam Arn.
& innuunt alii Latini, & Procop. *u*; sed simul secundam
jungendo, quæ communior & litteralior. Hoc quod hic
habetur, ait Augustin, alio quodam loco *x*, ita clarum
est, ut non solum infideliter & infeliciter, sed etiam im-
pudenter negetur. Etipsi quippe fatentur inimici ex Sion
missam fuisse legem Christi, quod Evangelium nos voca-
mus, & eam *virgam virtutis ejus* agnoscimus; *Dominari
vero in medio inimicorum suorum*, idem ipsi inter quos do-
miquatur, dentibus suis fredendo & tabescendo, & nihil
adversus eum valendo, testantur. Chrisost. in alium pl.
Cy, docens hic accipi pro lege ac præceptis divinis vir-
gam, comparat illam cum virgis Moysis & Aaron; cum
iis etiam, quibus in grege fœcundo, usus est Jacob; cum
virga ferrea: cum illa in qua Paulus Corinthios, an vel-
lent ut ad ipsos venirent, interrogabat. De cruce con-
sentiunt Theodor. Chrysost. Trev. Aygun. Euth. præte-
rea Cretensi *z*, Germanus Constantinopol. *a* Gregentius
Tephrensis *b*, qui exponit accepisse vi tutem, seu vim ex
Sione cœlo ipso. Vere *virga virtutis* crux est, quæ in ser-
pentem conversa *serpentes alios devoravit*, peccatorum to-
tius mundi. Vere aurea virdo quæ protensa *clementia si-
gnum est* d: vere digna, *cujus fastigium adoretur* e. Id fa-
gium in virga Ægyptiaca gestans ciconiam, symbolum
erat pietatis in parentes, quam adeo insigniter Joseph
exercuit; & in alia apud eosdem Ægyptios habente ocu-
lum, designabat providentiam & curam, quam idem
Joseph exercuerat erga eumde & fratres; debetque dua-
bus hisce virtutibus princeps esse præditus, ut propte-
ra radico cœlesti abiumtum Neronis sceptrum fuerit;
quia oculis incendium Romæ crudelibus inspexerat im-
mo præceperat, Rursus in alia quercina virga ex eadem
arbore fastigium tot habebat folia, quot provinciæ Prin-
cipis tuberant imperio, qui sustentare illas debebat velu-
ti glande, hoc est, victu necessario; quod Joseph in Æ-
gypto faciebat, & cum fratribus ac patre. Sed virgam his
insigniorem notis, nempe Christum, potentiam ejus &
crucem, Jacob moriens fidei plenus adoravit in sui filii
Joseph virga sceptrove præfiguratam. Crucis item virga
comparabilis merito cum Angelica, qua in sacrificio Ge-
deonis *ænes*, *azymiq; percussi*, *& è petra eduSus ignis* f.
Nam crux, cordis tangens petram, elicit zeli & charita-
tis flammiam; hedinas autem cupiditates consumit, &
desideriorum, atque meditationum azyma resolvit co-
ram Domino in suavitatis odorem: denique jus omne
pinguium aquearumque rerum, ideft, lætarum ac tri-
stium haurit, & absorbet in honorem Dei. Vide Gre-
gorium *g*, Mitto virgulam Palladiam, quæ etiam nomi-
natur divina *h*, Mercurianam *i*, Cyræam *k*, quarum
contractu fingebantur reddi de sensibus juvenes, ac vicis-
sim;

sim; ex pecudibus homines & contra, & consopiri: & Amodo, sed per aliud verbum σὺ δὲ παίδευσον τὰς ἐχθρούς σε, Midæ, quæ quicquid tangebat, inaurabat. Quę omnium fictarum virgarum qualitates commode transferri ad crucem possent. Hugo virgam quoque pro B. Virgine sumit; quæ dicatur emissa ex Sion, quia nata de Judæis: non recepit autem virtutem fructificandi ex commissione, sed ex pluvia & rore cęli *a*, in ea virtus Dei mirabilia operata, est nempe Deum hominem, quando *virtus Altissimi obumbravit ei* b, cujus, figuram gessit virga prima Aaronis: eadem sicuti Assueri virga elementiam omnibus prætendit: in eodem flores, fructus omnium divinorum charitmatum extite-runt, quemadmodum in altera virga ejusdem Pontifi-cis. Absalon abbas *c* tractat eamdem allegoriam: Ad-dit Hugo tropologiam de correctione *d*; ut emittatur ac fiat ex Sion puræ intentionis & charitatis: *Sion* enim *speculationem* sonat; & ut exerceantur *in medio inimico-rum*, hoc est, in illis; qui propter tua peccata illa egent. De multiplicis virgæ acceptione, hoc item loco Aygua-nus, & de dicta tropologia Greveus *e* sectu dignus.

Virgam virtutis tuæ.) Hieron. *fortitudinis*, δυνάμεως σου *hhuzzecha*. Trevetus ex Hieron. legit *baculum*. De variis vocabulis, quibus *virga* nominantur, Hebrai-cè, Græcè, Latinè, dixi pl. 2. *f* 22. *g* 44. *h* 88. *i* Est *virga fortitudinis* idem quod *fortis*, *robusta*, *valida*, *potens*, idemq; quod *robur fortitudinis*, *& sceptrum potentia*. Sce-ptri loco usurpatam hastam Justinus historicus *k* prodit, adhuc Romulo regnante, videliçet breviorem, quale pilum Romanorum, Thessalorum venabulum. Plura si cupis, adi nostrum in Sapientia *l* commentarium, *Vir-go fortis*, & *baculus gloriosus* appellatur à Jeremia *m* Moa-bitarum regnum: & Ezechiel *n* scribit *factas virgas fo-lidas in sceptra dominantium*.

Emittet Dominus ex Sion.) Cypr. *o mittet Deus à Sion*. Justinus *p* *ex Jerusalem*; sumens *Sionem* pro tota illa ci-vitate, aut fortassis oblitus *Sionem*, & pro illa putans es-se Jerusalem. Legit etiam *q*, *in Jerusalem*. Paraphr. *ver-bum Domini*, ubi videtur latis constare non poni ab illo verbum hoc pro secunda persona Trinitatis. Nam, ut dixi vel de ipso loquitur Pater sub tertia persona: vel Propheta cum Filio, dicens quod *virgam virtutis ejus* il-le *emittet*. Monet Hieron. *r* mendosa lectionem esse τὸ ῥάβδον δυνάμεως ἐξαποστελεῖ σοι, *Virgam virtutis emittet tibi*. In verbo *emittendi* שלח *scialach* ἐξαποστέλλειν allusio latet ad virgas ramosque germinantes ex arboribus: & idem Hebræum verbum extat in ps. 79. *t extendit palmites suos usque ad mare*. Ex Sion prodierunt, ac emissæ sunt ἀνατο-λικὰ *emissiones illæ malorum punicorum* u, hoc est, Apo-stolorum; sanguine rubente Ecclesiam plantantium, plurimoq; tamquam grana ad Ecclesiam adjungentium, ut alibi *a* notavi. Erant hi Apostoli Christi, qui primā-rius Apostolus fuit & *Pontifex confessionis nostræ* x, missus à Patre *y*, à quo in tempore non mitteretur nisi ab eo-dem processisset ab æterno, quia soli personæ quæ pro-cedit ab alia, convenit ab illa mitti. Alludi simul vi-detur ad *virgam* pro *jaculo*, *pilo*, *telo missili*; quasi Rex ille armatus ac robustus virga illa sua longius protenta regat, aut etiam quodammodo vibret. Nam שלח *sce-lach* illa omnia valet: quamvis pro *virga* hic fit מטה *matteh*. Item indicatur quod Paulus *z* ait Evangelium in universo mundo fuisse, crevisse, fructificasse, quasi di-cas tamum & palmitem multiplicem hic ille plantatum. Postremo insinuat *emissio* liberam, nec ullo impeditam, vi, ex currentem ac veluti gratissimam virgæ potentiam in omnes inimicos, ut eos coerceat, ac subjugum mittat quod mox subitur: Justinus vero *a* demonstrat hoc de Ezechia intelligi non posse, quia non est *dominatus in medio inimicorum*, nec *virgam misit in Jerusalem*, sed Deus ab eo plorante & lugente hostes avertit.

Dominare in medio inimicorum.) Chald. cum conjun-gente particula, *& dominaberis*, negat Hieron. *b* ני & quod aliquot codices habent, apud LXX. haberi; quod & nunc tuftulerunt emendati codices, quos Maldonatus si legisset, antea mortuus quam ederentur, sine dubio non dixisset, fortasse Hieronymum id male reprehendisse. Retinet Tertull. *c*, Cypr. *d*, August. legentes in futuro *& dominaberis*, sicut & Ptal. vetus, licet emendati co-dices Augustini tuftulerint conjunctionem, & minus emendati Tertulliani legant *dominabitur*, Hebræum verbum est רדה *redeh* imperativi modi: & sicut LXX. reddiderunt κατακυρίευε, hic etiam V. editio in ejusdem modi aoristo κατακυρίευσον: & Symmachus in eodem

cuncti scriptis obtemperarent: alios homines vix in corpora: Apostolos in animas dominum obtinuisse: neminem adeo servum extitisse domino suo, vel cum tanta benevolentia patuisse, ut fideles Paulo tantum scribenti litteras: quoniam vel ipsos oculos parati erant sibi pro ipso eruere *a*: in infideles dominium vehemens amplumque obtinuisse, quamvis hi leges secum haberent, & lictores, omnemq; potestatem; ac hujusmodi vim dominii per τὸ κυπαυχενίζειν compositum y rbum importari Apostolos tamquam in alienis corporibus decertantes, gravisos in medius tormentis *b*; ignem, ferrum, bestias, omnia alia considenter adivisse: hoc ipsum præterea imitatos alios, qui aliquando fuerunt hostes, sed invicta Dei potentia in tantam deducti sunt servitutem & necessitudinem: dici quidem Patrem hoc fecisse, ut intelligamus Filium esse unum cum illo Deum: tamen idipsum à Filio factum, ac fieri, quod *tradat regnum Deo & Patre* *c*; qui dum mortalis degerat, protestatus est se opus perfecisse quod Pater *ei dederat* *d*; eosdem esse communes inimicos & Filii, & Patris, quia *qui non honorat Filium, nec Patrem honorat* *e*: expectatos diu Judæos post Christi mortem ad pœnitentiam, potentiæ Christi per Apostolos signis multis editis, sed quum non respiscerent everios ac dilperlos esse: nunc adhuc expectari, & invitari, tot malis quæ patiuntur, videntes etiam & eum quem probris ac injuriis affecerint, ubique adorari: & sua omnia miitere corruisse. Sunt dicti Auctoris, qui nomine circumfertur Chrysostomi, hæc omnia, quæ multis modis varioque genere demonstrationum illustrari & comprobari possunt: præsertim ex amplitudine Ecclesiæ, unde & *Catholica* nominatur: de qua amplitudine testis est vicinus Apostolorum temporibus Irenæus *f*, ac paullo ante tilum Hegesippus *g*, ut omnittam Tertull. *h* Latinorum antiquissimum, & alios posteriores. Cepit hoc dominium in Sion ipso die Pentecostes, tradito veluti sceptro divinæ prædicationis cum ceteris muneribus Spiritus Sancti, quando mox redacta sunt sub ditionem iltius regni *tria millia* i *virga labiorum* Petri *percussa* k, sive Christi loquentis in ipsis; Christus *constitutus erat Rex super Sion, ut prædicaret præceptum Dei* l. Eusebius *m* jungens locum istum alteri ex ps. 44. *n* *de sagittis in corda inimicorum Regis penetrantibus*, exlamat: Qui ergo modo suis oculis cernens in mediis urbibus, in vicis, ac regionibus, in toto orbe florentes Salvatoris nostri Ecclesias, & eos in quibus dominatur populos, & mirabili virorum multitudine refectos conventus, qui illi consecrati sunt, quique undique tum ab iis qui inter homines cernuntur, tum ab effugientibus visum nostrum, & occultis inimicis atq; hostibus ejus doctrinæ, quæ à Christo tradita est, circumfessi, non admiretur præsens oraculum quod ad ejus personam enuntiatum est *dominare in medio inimicorum tuorum?* Spectat ad tropologiam, & restringit intentiam ad solos bonos, interpretari *dominium in medio inimicorum*, idest, ut ait Cassiod. indicatque creditus Hieron. in anima & in præcordiis ubi requiescit Dominus, emundatis sordibus peccatorum. Vel ut justi, quod ait Bruno, dicantur *medium inimicorum* Christi, quoniam undiq; circumdantur ab impiis.

Per quamdam accommodationem non ineptam nonnulli *o* declarant locum istum totum de translato Dominio Ecclesiæ ab Jerusalem & Synagoga, in Ecclesiam & urbem Romanam, in qua erat *medium inimicorum* Christi, hoc est, ubi maxime vigebant, qui adversabantur illi, & unde persecutiones omnes profectæ sunt atque sententia etiam mortis in Christum, quam Romanus Præses tulit. Certe in Orbe dominatur Ecclesia, sive hi qui sunt de Ecclesia, tum politicè, tum Ecclesiasticè: quoniam habet Ecclesia regale sacerdotium, non solum quadam ratione cuivis fidelis communi, de qua alibi: sed propria & distincta in distinctis seorsim personis per se loquendo, tamen sub ordinatione, ut politicum dirigat tum potestatem, tum personam in qua est, tum potestas Ecclesiastica, tum persona quæ illam habet, præsertim qui summum, sicut hierarca vicarius Christi, cui Christus suo licet jure ac merito Rex etiam temporalis esse potuisset, noluit, sed quod meruit communicare aliis voluit, regiam nempe temporalem dignitatem per se quibuldam, nonnullis sacram & Ecclesiasticam, cum dicta potestate regendi, dirigendi, corrigendi aliam inferiorem in quæ ad bonum pertinent spirituale, ad pietatem, ad majorem Dei honorem, ad Ecclesiæ necessitatem. Accommodatitiè demum accipi locus hic posset pro die palmarum, quo Christus, veluti *dominans in medio inimicorum* quum triumpho exceptus est in Jerusalem *p*.

Vers. 3.) Tecum principium in die virtutis tuæ in splendoribus sanctorum: ex utero ante luciferum genui te.

QUi promiserat Filio Christo Pater dominum *in medio inimicorum suorum, & sedere* jusserat *a dextris donec poneret inimicos scabellum pedum ejus*, ait non esse quod quis dubitet, quasi sit minus potens, aut acititium habeat tantùm potentiam: nam dominium quidem proprium quum incarnabitur in hac vita habiturum, in qua numquam deerunt qui circumdent ipsum, & servos ejus, inimici; sed in novissimo judicii magni die cunctos ipsi penitus subjicendos tamquam scabellum, prout etiam priùs hic dixerat *Tecum* ergo, inquit, *in die illa virtutis*, nimirum extremi judicii præfertim, in qua per virgam virtutis ac potentiæ omnino subdes tibi adversarios tuos, erit *principium*, sive *principatus*, idest, constabit coram omnibus, ita ut nullus dissiteatur tuum esse principatum, regnum, imperium, teq; solum, Regem regum, Dominumq; dominantium; nemo amplius resistat, quando tremefaciens nutu solo cœlum ac terram, elementa cuncta & corpora cœlestia immutabis, Solem, Lunam, stellas obscurabis, mortuos excitabis, omnes ad tribunal adduces *q*: præterea quando stipaberis comitatu splendidissimo sanctorum qui omnes *fulgebunt sicut Sol* r. Tanti porro principatus, atq; dignitatis, ò Fili, causa quoniam ego te genui non ex nihilo, ut alias res, quarum utcumque dici pater possum propter productionem, sed *ex* ipsomet quasi *utero meo*, nempe, ut filium verum ac naturalem, mihi per omnia æqualem, & consubstantialem: idque *ante Luciferum*, idest, antequam conderem stellas, creaturasque ceteras ante omnem tilium durationem, ante tempore sæcularia, seu sæcula omnia, hoc est, ab æterno, & plane mihi ipsi habens coæternum filium. Satis tria expositio hæc inter Catholicos translationem LXX. sectantes loco illustratur simili in ps. 2. *Ego autem constitutus sum Rex ab eo super Sion montem sanctum ejus prædicans præceptum ejus. Dominus dixit ad me, filius meus es tu, ego hodie genui te*. Sed incidunt nonnullæ difficultates circa singulas particulas verbis tum juxta receptam versionem nostram, quum circam eam quæ est in Hebræo saltem post punctorum inventionem facta. Expendam jam textus, cujus discrepantes Hæreticorum lex translationes Coelæus *r*, & alias toridem Gretserus *u* noster enumerat, ut docebant novos illos versores rejiciendos.

Tecum principium.) Hieron. *populi tui duces spontanei*. Additur *erunt*, apud Fabrum, Trevetum, Victorium: & in textu Treveti *judices*, pro *duces*: apud Cenomanum, *spontanee erunt*. Alii, *populus tuus spontaneus*, vel *spontaneitatem*, vel *spontaneorum*, nempe *voluntatum*, vel *sponte* nimirum veniet, vel *spontaneas*: videlicet oblationes offeret, ac liberales; vel supplendo *pluviam*, quemadmodum est in psal. 67. *x* *ut spontaneam pluviam*, idest, sic sponte serviet tibi, sicut dicta pluvia. Vel, *populi tui principes tui*, vel *populus tuus* in, seu *cum oblationibus*, vel *populus tuus voluntarii*. Chald. *populus tuus domus Israel, qui libenter incumbunt legi*. Nunc in Hebræo textu est עִמְּךָ *hhammeKa*, quod ex affixo componitur, ex עַם *hham populum* significante. *Tecum* vero dicitur, servatis istdem litteris, sed non punctis, עִמָּךְ *hhimeKa*, à præposititione עִם *hhim*. Treverus ait fortasse interpretationem Hieron. habuisse fallum codicem, in quo esset עַם *hham* nempe *populi*. Dicerem potius per quadam traditionem, licet falsam, edoctum esse Hieron. ab Hebræo, cujus opera utebatur, proferre עַם *hham*, quia nondum ipsius ætate puncta erant inventa. Sequens in eodem Hebræo textu dictio est נְדָבוֹת *nedavoth*, scilicet nomen plurale, quod præter dicta significare potest *principatus*, in numero multitudinis: ut sit sensus, *tecum principatus sunt, erunt*ve. Sic in psalmo 50. *y*, dicebatur *spiritus principalis*, נְדִיבָה *nedivah* Hieronymus illud nomen נְדָבוֹת *nedavoth*, abstractum valens *spontaneitates*, conciete expositit per *spontaneos*, apponendo ei *duces*, vel *judices*. Exponit Trevetus *populi tui judices spontanei*, idest, judicabunt hoc quod ante dictum est, sponte fieri debere. Retinendo tantum, *spontanei*, declarat Christo non subjicien los populos per vim, sed sponte. Ceteri legendo *duces*, fore ut habeat duces, qui sponte bella ipsius gerant. Sed quum טְרִבוֹת *nedavoth* significet quoq; *principatus*, ut dixi: suspicatur Cenomanus lectum fuisse aliter נְדִיבוֹת *nedavibs*, (potuit addere & נְדִבוֹת *nedavuth*, quod nostro Getsero *a* placuisse postea vidi, & addit Bellarminus נְדָבָה *nedavah*) recte LXX. reddiderunt singulari numero *ἀρχὴ* ἐν ἡμέρᾳ, quod Latinus interpres clarius reddidisset per nomen *principatus*, quem ἀρχὴ quoq; valet, ut nota vit etiam Tertull. *b*. Voluit autem per *principium* principatum intelligere, & non quod primum est absolutè: quem admodum cum Jacobus scribit, *primus initium aliquod creaturæ Dei*, hoc est, ut principatum germanus inter creaturas, & dignitate præcellamus. Quamvis id Græcè sit ἀπαρχή, quasi dicas *primitias*. Nec to au nem interpres respexerit hoc loco ad notionem *principiorum* pluraliter, pro principibus in acie, castriiq; apud Ciceronem, Livium q. Illud etiam sibi voluerunt, qui *duces* transtulerunt ex Hebræo Christum sponte adeo multi sequuti sunt jam inde ab incunabilis, quo magis accurrerunt; & deinceps experimento compertum est, quanta confluxerint homines ad eum affluentia, quod tanto ante tot prædixerant Prophetæ, præsertim Esaias. *d* Nugæ sunt de vernaculis 318. Abrahæ, aut de voluntario milite Davidem ad bella profequente, & similes Rabbinorum expositiones aliæ prædem explosæ. Nemo illi umquam servivit, & obsequutus est libentius, quam verus Christianus Christo, ducens *ejus jugum suave, onus*q; *leve*. *e* Ideo similissimum ejus imperium: quoniam tale, ut scripsit Livius, *f* quo obedientes gaudent: & vicissim moderatio, ac lenitas imperii Christi facit, ut sit semper cum ipso. Nam Lycurgus *g* à tali imperio rectam essici obedientiam dicebat, ut nempe illi ipsi ponte, ac voluntarie subditi obedirent: & Polybius *h* monarchiam tantum illam dixit regnum debere, quæ magis pro animi sententia, quam timore, & violentia gubernatur. Sic innueretur hoc loco Evangelicæ legis, ac imperii conditor, ut amore, ac prona subditorum consset voluntate, vigeatq; in eo non spiritus servorum, sed amicorum, atq; filiorum. Quum lilio comparatur Christus, & Ecclesia, *i* lilii radix cordis figuram gerit: & ex corde diligi Christus se ab Ecclesia sua vult. Christus invitans ait, *Si quis vult venire post me* k. Latini Enarratores, & ex Græcis Cyrillus Alexandrinus, *l* ac Nazianzenus *m* *principium*, & ἀρχὴν iumunt pro initio, & quatenus Patri attribuitur, explanant, *Tecum principium in die virtutis tuæ*, &c. hoc est, Pater tecum erit, ò Christe, ac semper aderit; sive Pater de se loquatur, sive Christum alloquatur Propheta de Patre, & significetur, quod ut Dei filius est, est in Patre, & in principio Patres quæadmodum apud Joannem, *n* *In principio erat Verbum, & Verbum erat apud Deum*. In principii acceptione non pro Patre, sed pro Filio, qui le ita nominasse *o* nonnullis videtur, dicendo, *p* *Principium qui & loquor vobis*, sensus alius esset, *Tecum*, ò Christe, *principium in die virtutis tuæ*, idest, non es purus homo, sed unitum habes tecum principium, quod est divinitas, cujus affectus potissimum manifestabitur *in die virtutis tuæ*. Vocatur non semel Christus *principium* in Apocalypsi, *q* quia primus procedens à Patre, & in quo, seu per quem Pater creavit omnia: sicut pater, qui sine ullo principio est, nomine eodem appellatur. Intellexit hoc modo præsentem psal. locum Rupertus. *r* Lege B. Thomam. *s* Quidquid sit de loco illo Evangelii Joannis, in cujus commentario non improbabiliter opinantur alii *principium*, τὸ ἀρχὴν sumi adverbialiter; sequor hic potius ceteros Græcos, quibus & ommino favet Hebræa dicta vox, ut *principium*, & ἀρχὴ primitias denotent. Exponetur autem locus iste, non solum ut dixi; sed præterea, quod quivis principium gerens erit cum Christo, adjungetse Christo subdetur Christo, serviet Christo prodeunti in expeditionem, aut quidlibet aliud imperanti: item quod apud Christum est jus omne principatus, seu primogenituræ, quæ secum involvebat principatum temporalem, & sacerdotalem: quod quum sit *Principes Regum terræ*, *t* cunctos, qui serviunt ipsi, faciat Reges, & ipsum ei servire, regnare sit, *& ex eo Reges egredi antur*. *u* Chrysost. istum principatum Christo tuitum esse, non adventitium confirmat Elaiæ vebis, *Cujus imperium, seu principatus, super humerum ejus*, hoc est, inquit, in ipso, in subsantia ejus, in natura ejus, ut qui non acceperit, postea quam suit genitus, sed *ad hoc natus sit, & ad hoc venerit*, *y* quum ceteri homines id habeant ita multitudine exercitus, & externa operatione. Ait præterea innui per petuitatem imperii, quoniam est in ipsius subsantia, quam non esse, impossibile est: quum suum reliquos imperium deserat, quandoq; etiam viventes, mortuos semper. Quamquam locum illum Esaiæ de cruce plures explicant, quos ibidem Leo castro laudat; Ambros. *z* pro principatu *principium*, ut initium proprie sonat, legat; quod ἀρχὴ qui dem eodem loco patitur, non tamen מִשְׁרָה *misrah*. Rupertus *a* longa disputatione tractat, quomodo nomen *principii* Filio tribuatus, aliisq; personis; & quod attinet ad hunc locum, ait *b* (Patrem Filio dicere, *Ego principiū tecum* sum, tecum operor *in die virtutis tuæ*, in processu victoriæ, vel resurrectionis tuę, quo videlicet die Sancti splenduerunt, dispulsis tenebris, & accepta remissione peccatorum. Ego, inquam, qui *ante Lucifertum*, idest, ante omnem creaturam *genui te*, Lucifer enim, qui cecidit, (sumit hoc nomen pro principe dæmonum) quia principium esse voluit, *fueris* quidem *principium vitiorum Dei*, *c* sed junior tec extitit.) Subdit nihilominus, quoniam difficile videtur nonnullis, ut Pater dicatur principium Filii, perinde ac si hoc Ario faveat, & idem sit atq; caput Christi Deum appellare, docet expiani posse, ut Christus dicatus esse principium; ac si diceret Pater, Idcirco *sede à dextris meis*, idcirco *domineris in medio inimicorum tuorum*, quia Deus es, & non homo tantum; Verbum, & non caro tantum; cum natura humana, secundum quam visus es, vel reputatus es noviilimus virorum, divina natura est in unitate, antiquum, & increatum principium. Hoc etiam Petrum voluisse, quum dixit de eodem Christo, *d* *Qui pertransiit benefaciendo, & sanando omnes oppressos à diabolo; quoniam Deus erat cum eo*, longe aliter, quam cum Moyse, vel Josue, *e* sed quoniam non tantum homo, sed & Deus erat, & homo. Hæc Ruperti doctrina continet duplicem expositionem de *principio* prius indicatam secundum unam acceptionem: tametsi alia, ut *principatum* significat, melior sit, satis etiam indicata à Tertull. *f* & alibi, quàm hic à Basilio. *g* In Concilio Forojulensi damnatur, qui tria principia ponebant in Trinitate, hieq; expanitur locus, quod quum Christo sit principium, non quod incipit, vel est quasi initiale, sed quod procedit omnia, nempe divinitas: quia numquam non fuit Pater, & Filius. Leo Castro *h* citans Athanasium, *i* Cyrillum, *k* Theodoretum, ait sensum esse, ut David affirmet cum Filio Patrem esse in coæternitate divinitatis, simulque Spiritum Sanctum, nempe vertendo, *Tecum principantes liberales*, qui videlicet ipse quoque liberalis Princips es.

In die virtutis tuæ.) Hieron. *fortitudinis*. Alii, *in die* seu *tempore, quo apparebit potentia tua*, vel *in die triumphi*, seu *regni tui*, vel *in die exercitus tui*, seu *quum educes exercitum tuum*, vel *quum habebit solemnis conventus*, vel *quum voles exercitum lustrare*. Chald. *in die, quo prælium commiseris*, sive *in die concertationis prælii tui*. Est חֵילֶךָ *cheleka*, à חַיִל *chail*, cum affixo, quod valet *robur, fortitudinem, potentiam, divitias, cœtum*, aut *exercitum*, sicut & copiæ Latinè ista omnia significant. *Diem virtutis & δυνάμεως* Christi dixi esse, quando incarnatus, seu etiam natus est: fecit enim tunc *potentiam in brachio suo*: & diem judicii. Modo præterea referebam ex Ruperto de die resurrectionis, *Crucifixus enim est ex infirmitate, sed vivit ex virtute Dei*: m &, *Prædestinatus est Filius Dei in virtute secundum spiritum sanctificationis ex resurrectione*: n cum quo conjungi potest tempus, quando descendit ad inferos, utens ibi tua potestate. Euth. explicat & de primo adventu, quo Christus fecit multa miracula; & de secundo, quando ultima tuba mortuos omnes suscitabit. Tunc item in eodem judicio erit *dies virtutis*, accipiendo pro copiis, copiosq; Angelorum exercitu, & aliorum Sanctorum, simul cum multitudine dæmonum, ac hominum damnatorum. Basilius, & Chrysostomus comprehendunt primum adventum, & resurrectionem Christi, tum generaliem aliorum cum judicio: Theodoretus, & Cyrillus o hoc secundum. Exaggerat autem Chrysostomus virtutem, potentiamq; Christi, quod mortem deleverit, portas æneas confregerit, peccatum abolererit, maledictum solverit, vetera omnia mala everterit, nova alia bona introduxerit, miracula tanta patraverit, cœli abfides aperuerit, naturam prius concultatam supra cœlum celi sustulerit, & in throno regio collocaverit, assistentibus ei Angelis: Præterea quod opera vilium hominum converterit Orbem universum, tot constitutis

piorum Ordinibus, & everſis adeo multis erroribus, pec-
catiſq; A jungit ſimilem deſcriptionem circa judicii tem-
pus, & futuræ vitæ ſtatum. A uplificat item ex amplı-
tudine Eccleſiæ, ex concurſu vilentium Religionis gra-
tia ſacra Chriſti loca, ex ſingulari veneratione Sanctæ
Crucis. Occaſionem videlicet dat longius excurrendi
per plurima alia Eccleſiæ ſigna, quæ Bozius in opere co-
pio collegit. *Dies virtutis* habet quoq; poteſt, ipſemet
paſſionis dies, in quo quum *infirmatus eſt, tunc* maxime
potens eſt a ipſe declaravit, *vicitque leo de Tribus Juda* b.
Nec incommode *virtutis dies* eſt dies æternitatis, ſive
generationis æternæ Chriſti, qui accepit ab æterno vir-
tutem omnem, & perfectionem. Sunt qui ſenſu accom-
modationis applicent hunc locum Deiparæ: *Tecum*, ò
Deipara, *principium*, ideſt, Dei Filius incarnatus in te,
in die virtutis tuæ, non tantum quæ bonos denominat,
& multiplex tunc eluxit in te, ſed etiam quæ vim, atq;
potentiam importat; quoniam in ſe fecit in te tunc magna,
qui potens eſt, tuque per externum verbum illud tuum
Fiat effeciſti, ut increatum, ac divinum Verbum in te
caro fieret. Conveniunt eidem myſterio incarnationis,
quæ hic in pſalmo ſub lumine, Hortatur Hugo ſecundum
tropologiam, ut quiq; cogitet, ac tractet ſecum, quod
ſit adhuc in principio bonæ vitæ *in die virtutis*, & fugo-
re virtuoſæ vitæ ſemper ſe incipere exiſtimando *et*: & id
quidem, conſtituendo te *in ſplendoribus ſanctorum*, ideſt,
tuam quum eorum vita comparando, quæ reſpectu illius
tota tenebroſa eſt: & qui reſpicit tales, dicit, *Peccavi*,
& *vere deliqui* d præterea ſibi perſuadendo, quod quid-
quid in ſe bonitatis eſt, provenit ex divinæ bonitatis,
atque patientiæ quaſi *utero*, quoniam Deus expectavit *an-
te Luciferum*, quum adhuc eſſemus tenebræ, ad pœniten-
tiam, & bonam mentem ingeneravit, *portam in utero
ſuo geſtinas in vulva* e.

In ſplendoribus ſanctorum.) Chald. *adjuvabit eos ſplendoribus ſanctitatis*, vel *adjuvabis eos ſplendoribus ſan-
ctis*. Hieron. *in montibus ſanctis*, quomodo legiſſe Symm.
teſtatur Eugub., *ἐν ὄρεσιν ἁγίοις* Aquilam *ἐν ταῖς λαμπρό-
τησι τῶν ἁγιασμάτων, in venuſtatibus ſanctis*: Theodot. & quintam
editionem, *ἐν ὑπερκειμέναις ἁγίοις, in venuſtate ſanctorum*,
ſextam, *ἐν δόξῃ ἁγίων, in gloria ſanctorum*. Quod Trev. ex-
ponit de Chriſto, ut *in die virtutis*, ac fortitudinis ſuæ
hanc oſtendat, in uno monte docendo (nec enim conſtat
quis fuerit) in Tabor trasfigurando ſe, in Oliveto aſcen-
dendo in cælum. Alii, *in ſplendoribus ſanctitatis, in pul-
chritudinibus ſanctitatis, in magnificentiis ſuæ ſanctuarii, in
ſplendoribus*, aut *decoribus ſanctuarii, in pompa ſanctæ, in
gloria ſanctæ, in nitore, ſplendore, decore ſancto*, ſive *ingen-
ſi, & magnifico*. Idem Trevetus explicat quoq; de Chri-
ſto, qui oſtenderit fortitudinem ſuam *in templo, docendo,
& interpretando ſe: efficiendo amentes, & vendentes* g *ejiciendo velum templi à ſummo uſq; deorſum* h: Qui de aliis,
quam de Chriſto, interpretantur, non legendo, *in mon-
tibus*: ſed ut nos, aut aliquo ex dictis modis, ajunt ſigni-
ficari ſanctitatem civitatis Jeruſalem, propter tabernacu-
lum, & templum, ut ubi conſtituatur principatus ſe-
des, ac virtus fortitudine, & potentia regia potiſſimum
eniteſcat. Nunc legitur Hebr. בהדרי קדש *behadrè Ke-
dos*, non בהדרי *behadrè*, ut aliqui tamen volunt, dicen-
tes lectum à LXX. באורי *beore*. Sed credo legiſſe, ut
nunc in omnibus libris extat, nieſt, eo modo, quem di-
xi: & הדרי *hadre* pectè redditum per *ſplendores*; quamvis
אורי *ore* magis exprimat luminum ſplendores: quum fie-
ri poteſt, nihil immutandum. Ultimum vocabulum ab-
ſtractum, & ſingulare, *ſanctitatem*, aut *ſanctuarium* ſi
ſignificat. Hieron. legit in primo duplicem literam ר
reſch, בהרריי *behararè*, & alterum concretè vertit. In
Pſalt. vetere, & apud Auguſt. *in ſplendore ſanctorum*: &
in quadam translatione Græca, de qua Chryſoſt. *ἐν δόξῃ
ἁγίων, in gloria ſanctorum*: quaſi legerit Auctor translationis, בהדר *behadar* in ſingulari. Item *in decore ſancto*.
Addunt multi codices Græci pronomen *σου*, in editione
LXX. *ἐν ταῖς λαμπρότησι τῶν ἁγίων σου, in ſplendoribus ſan-
ctorum tuorum*: & ita legit Euthym. & Heſychius. Apol-
lin. autem idem videtur retuliſſe ad *ſplendores*,

σοῦ μετ' ἀγλαΐας οἱ λαμπροὶ ἔμπεδοι ἔσῃς

Tui eum ſplendoribus ſanctorum decus firmum habebis.

Deniq; præpoſitio *in* ſumi poteſt pro *cum*, & obliquum
nomen ἁγίων, *ſanctorum*, vel neutraliter, pro rebus ſan-
ctis, ſeu pro ſanctitate; vel in genere maſculino, pro ho-
minibus ſanctis: item aut ſignificatur ſanctitatem, & res
ſanctas ineſſe Chriſto; aut ſi *principium*, ideſt, principa-

a 2. Cor. 12. 10.
b Apoc. 5. 5.

Senſus accommodatitius.

Tropologia

c Pſal. 76. 3.

d Jer. 33. 7.

e Pſ. 44. 3.

tus, & virtus accipitur pro hominibus, qui ſerviunt Chri-
ſto, iſto cum omni ſanctitate id facturos, non ſolum cum
omni alacritate, quod primum verſius membrum denota-
bat per vocem נדבות *nedavoth*, ut diximus, Chriſtum-
que ſanctitatem, eis, & Sancti Spiritus dona communica-
turum, abolita ſuperſtitione, errore, peccato. Attamen
ille ſenſus optimus de Chriſto, ut cum ipſo principatum
intelligamus, & regiam dignitatem illi propriam, intrin-
ſecam, inſitam, quæ ſit manifeſtata *in die virtutis* in hac
vita, vel manifeſtanda in judicio *in ſplendoribus ſancto-
rum*, cum hominibus ſanctitate ſplendentibus, ſecundùm
mores in hac vita; in judicio autem ſecundum eximium
lumen in corporibus, quod erit ſanctitatis eorumdem ef-
fectus, & indicium: & utroque modo redundat in Chri-
ſtum, & in ipſius principatum, virtutemq; ſeu fortitudi-
nem, & potentiam, laus, & gloria maxima. *Quum ve-
nerit ille manifeſtè, ignis in conſpectu ejus exardeſcet* i: &
*erit adventus ejus ſicut fulguris, quod exit ab Oriente, & pa-
ret uſque ad Occidentem* K: & *videbunt venientem in nubi-
bus cœli cum virtute multa, & majeſtate* l, apparebit ſu-
per nubem candidam, & cum eo Sanctorum millia. Si
dies virtutis in membro præcedenti reſurrectio Chriſti ac-
citur, eru m *ſplendores ſanctorum* ſplendor ipſe corporis
ejus glorioſi, vincens quantitate gloriaq; luminis cuncta
aliorum corpora, quæ videlicet inter ſe different, ſicut
ſtella à ſtella m, tametſi ſimul *fulgebunt ſicut Sol* n. Quia
Chriſti corporis lumen, reſpectu aliorum, erit tamquam
Solis ad ſtellas comparati; & non ſeptempliciter tan-
tum, ſed propemodum in infinitum ſuperabit Solis, atq;
aliorum omnium gloriſum corporum ſplendorem. Cui
placet *dies virtutis* pro æternitate, ac æterna Chriſti per-
fectione, dicat *ſplendores ſanctorum* eſſe æternum illum
luminis divini *amictum*, ſive *decorii veſtimentum* o, atq;
claritatem, quam ipſe ſe dicebat habuiſſe apud Patrem,
(quod valet hic *tecum principium*) *priuſquam mundus eſ-
ſet* p, *ante Luciferum*, & *lucem inacceſſibilem, quam ha-
bitat Deus* q. Plures ſplendores ſanctitatum innunt plu-
res, immo infinitas perfectiones divinas, quas in æter-
na ſua Chriſtus generatione accepit: quando eatum ve-
luti ſplendorem Pater contemplans, illum genuit ſcili-
cet non intellectione eſſentiæ ſuæ tantum, ſed etiam at-
tributorum: licèt hæc cum eſſentia ſint unum quid om-
nino ſimplex; & *uterus* in ſequenti membro deſignat ſe-
cundum Patris intellectum, memoriamve, quæ Patri
quoq; attribui ſolet, ſicut Filio intellectus, voluntas
Spiritui Sancto. Bern. r innuit hanc ſententiam, ſcribens
inter cœleſtes beatitudines non umbra vivi, ſed potius
in ſplendore; atq; ſic à Patre genitum Filium, at à ma-
tre non in ſplendore, ſed in umbra, quamvis nonniſi ea,
quam *obumbravit Altiſſimus* s. In hoc ſenſu accipient
præſentem ſocium Clemens Romanus t, dum ait de Tri-
nitatis myſterio, ait ſufficere nobis debere, quia lux ge-
nuit ſplendorem. Non vero non placet ſignificati virtu-
tem tantam, tamq; ſplendidam Chriſti, vim ſcilicet, atq;
potentiam, ut comparabilis ſit cum luminibus Angelicis,
ſive cum Angelorum illuſtri potentia, quæ ſæpe ſæpenu-
mero per mirifica prodidit, ac illuſtria effecta: vel cum
ſplendore, atq; decore ſanctuarii, ac rerum ſanctarum,
quæ continebantur, ſiebantq; in illo, quo nihil apud Ju-
dæos illuſtrius, ſanctius, commendabilius. Sunt & qui
in ſplendoribus ſanctorum, ideſt, ſanctis, aut ſanctitatis,
explicent conceptum Chriſtum in utero matris, quo-
niam qui ſunt in conceptibus aliorum ardores libidinis,
in eo fuit ſplendor, & ardor puriſſimi amoris. Plurium
eſt expoſitio de futuro judicio, Sed Chryſoſtomus am-
plectens ſimul tempus præſens, docet in præſenti tempo-
re nihil Paulo ſplendidus, Petro nihil inſignius fuiſſe,
hilq; & alios Apoſtolos, perinde ac ſi fuiſſent Angeli,
qui è cœlo deſcendiſſent, *aut non eſſe ceteros ſe conjungere*
u: veſtes eorum, ac umbras ipſas magna gratia, & po-
tentia præditas fuiſſe. Inde colligit; in immortalibus
eorumdem corporibus longe majorem futurum ſplendo-
rem, ſitut & aliorum juſtorum, Martyrum, Confeſſo-
rum, & omnium, qui per optimam vitæ inſtitutionem
in fide Chriſti fuere inſignes: perinde tunc futurum ac
ſi multi Soles in cœlo fulgerent, vel frequentia fulgura:
ſed nullo exemplo rem tantam pro dignitate poſſe decla-
rari: hos ſplendores plurali numero dici quia multa ſunt,
ac diverſa præmia, ſicut *ſtella differunt inter ſe* x, &
manſiones multæ ſunt in domo Patris y: hæc in re demon-
ſtrari, Chriſtum non ſolum eſſe terribilem, ſed manſue-
tum quoq; beneficum, potentem juxta Pauli z ſententiã,

ſcriben-

f Luc. 2. 46.
g Joan. 2. 15.
h Matth. 27. 51.

i Pſ. 49. 3.
k Matth. 24. 27.
l ib. verſ. 30.

m 1. Cor. 15. 41.
n Matth. 13. 43. Daniel. 12. 3. ſeq. 37

o Pſal. 10. 31. 2

p Joan. 17. 5.

q 1. Tim. 6. 16

r ſerm. in nativ. Maria ſeu quad.

s Luca 1. 35.
t epiſt. 1.

b hæreſ. 65. Paulli Samoſat.

u Act. 5. 13

x 1. Cor. 15. 41.
y Joan. 14. 2.
z Phil. 3. 21.

ſcribentis, quod *Chriſtus reformabit corpus humilitatis noſ-
træ*, configuratum corpori claritatis ſuæ, ſecundùm ope-
rationem, qua etiam poſſit ſubjicere ſibi omnia, quaſi
dicat, inquit Chryſoſtomus, non eſſe quærendam rei
tam magnæ, ac ineffabilis rationem, modumve, poſſe
enim quæcumque vult.

Ex utero ante luciferum genui te.) Hier. *de vulva oritur
tibi ros adoleſcentiæ tuæ*. Victorius, & Faber præfigunt,
quaſi. Trevetus legit, *de vulva oritur ibi ros ſortitudinis
tuæ adoleſcentiæ tuæ*, ſed puto mendosè addi, *ſortitudinis
tuæ*, immo pro, *ros* in textu eſt, *pas*, craſſiore, adhuc
mendo. Chaldaicè, *miſericordiæ Dei ad te properabunt tam-
quam deſcenſio roris, ſedebunt confidenter proſapiæ tuæ*, vel
juxta Nebienſem, *miſericordiæ Dei præſtò erunt tibi tam-
quam deſcendens ros ſedebunt confidenter nati tui*. Quod
Hebræi ſua ſomnia ſectantes variis declarant, vel potius
obtegunt modis, ut ab ipſo natali & luce qua prodit Abra-
ham, vel quilpiam ex iis quos fingunt, rore fœlici gra-
tiæ præventus perfuſusque fuerit: vel ut vulva matris
paratus fuerit, ut eſſet Rex: vel ut cuntem ad præſium
ſequantur populi ſicut pluvia נדבות *nedavoth* (pro quo p
nomine erat *principium* initio vetius) voluntaria, & ex-
pectata, & videat eos ut rorem matutinum, ut auroram
prodeuntem. Vel, ut de Trypè illius deſcendant tam-
quam Sol, odores ſancti, & ros juventutis ipſius, ideſt,
quaſi in juventute procreati, qui agnoſcant Creatorem:
Vel ut in nativitate ac juventute futurus ſit ros probita-
tis, ac ſuavitatis. Omiſis deliriis, Trevetus transla-
tionem Hier. explicat de conceptione Chriſti ex virgine;
tamquam de rore cœleſti, ſine humano ſeu virili ſemine,
& ut ſi inter homines adoleſcens atque creſcens. Addit,
ſi cum aliis Hebræis legatur; *ab aurora rorem genui te*;
ienium eſſe; ego David, genui non immediate, ſed me-
diante Virgine de ſemine ineo in modum roris cœleſtis
ſœcundantis Virginem: ex utero, inquam, Virginis,
& ab aurora, quia ante diem, & ortum auroræ natus
eſt Chriſtus, nempe de nocte. Lyranus recitans aliam
translationem ex Hebr. *de matrice aurora tibi ros adole-
ſcentia tuæ*, exponit, quod virtute Spiritus Sancti for-
matum ſit corpus Chriſti de Virgine ſine patre; dicique
uterum Virginis auroram; quia ſicut Sol oriri videtur de
loco auroræ, ita Chriſtus appellatus *juſtitiæ Sol* a, de a Malachiæ
Virgine, & per *rorem* denotari corpus Chriſti formatum 4. 2.
virtute Spiritus Sancti, ſicut generatur vi quadam cœ-
leſti ros in materia humida: poſtremo adoleſcentiam tri-
bui Chriſto, quia incarnatus Dei Filius in aſſumto cor-
pore de Virgine, factus eſt infans, adoleſcens, vir. Aqui-
la tranſtulit *ἀπὸ μήτρας ἑωσφόρου σου ἡ δρόσος σοι παιδιό-
τητός σου, de vulva diluculo ſurgentis tibi ros toueritè tua*.
Symmachus *ὡς κατ' ἔρθρον σοι ἡ δρόσος σου ἡ νεότης σου, ſicut ſecun-
dum diluculum tibi ros adoleſcentia tua*: V. editio, *ἐκ μήτρας
ἀπὸ ἕρθρου σοι ἡ δρόσος σου ἡ νεότης σου de vulva ſuper auroram tibi
ros adoleſcentia tua*. Sic quidem recitatur à collectore no-
tationum ad Biblia Sixtina editionis LXX. Sed apud Ep-
iphanium *b* lege ex Aquila ut legi ſane debet *ἔρρωσεται-
μένης* in fœminino genere: ex Symmacho *ὡς κατ' ἔρθρον σοι
ἡ δρόσος σου ἡ νεότης σου*: ex V. editione, *ἐκ μήτρας ἀπὸ ἕρθρου σου
ἡ δρόσος σου ἡ νεότης σου de vulva ſuper auroram tibi
ros adoleſcentia tua*. Addit ex VI. *ἐκ μήτρας ζωπύρου σου ἡ δρό-
σος σου παιδιότητός σου*: ex Theodotione *ἐκ μήτρας ἀπὸ ἑωσφό-
ρου σου*, ideſt, inchoando interpretationem ab ultri-
ma ad primam uſque, *ex utero à matutino juventutis tuæ*:
ex utero quarentè, roſ juventutis tuæ: *ex utero à matu-
tino tibi ros in juventute tua*: *velut diluculo roris juven-
tus tua*: *ex utero mane excitate infantiæ tuæ tibi ros*. Idem-
met Pater ut doceat fideliter translationem LXX. reſ-
pondere textui Hebr. iſtam litteris Græcis ita recitat, &
exponit *μηρὸς μεσουρανοῦ λαμπει, ἐλαδυχίδι*, ut prima
vox ſignificet *γαστρὸς* (addere debuiſſet *ἐκ, ex utero*) ſe-
cunda magis matutinum quam omnia; tertia & *ante re-
rem puerum*; ultima *genui te*. Negari non poteſt non ſa-
tis bene expreſſas voces Hebr. ut inſpicienti patebit,
& quam ponit tertio loco, componi ex duabus certum
eſt & ſignificare *tibi ros*. Varias translationes ab Euſebio
allatas ponit Agellius, quæ non differunt ab iis quas re-
cenſuimus: ubi non apparet exacta peritia linguæ He-
brææ in Euſebio, ut nec in Epiphanio. Sed jam ipſum-
met Hebr. textum perpendamus. *Uterus, vulva, ma-
trix*, idem valent, & ſignificantur per רחם *meretheth
ex utero* de fœmina autem ſola propriè dicitur. Poſſet
tamen verti, *ex miſericordia* vel, ſi ſit nomen cum præ-
poſitione, ſed participium מרחם *meracheem*, *miſerans*
ut ſignificetur quod miſericordia Dei prævenit, quodque

Amiſertus eſt, atque cum ſumma miſericordia perfudit
donis gratiæ Chriſtum, & gratioſiſſimum illum reddi-
dit. Alterum vocabulum in textu Hebr. משחר *miſchar*.
Hier. vertit non *ex aurora*, ut quidam edicunt, ſed *orie-
tur*, ſignificat vero auroram, quaſi dicas, uterum au-
roræ: vel, ſi prima littera nota ſit præpoſitionis, & in-
figatur daghes in ſecunda משחר *miſchiechar ab aurora*,
aut *pra aurora*, ideſt, *ante auroram*, ſive *luciferum* ἐνω-
ρόφορον denique *ante matutinum*; & ſumi debet ly dus, quod
Solem antegreditur. Hier. vertendo, *orietur*, reſpexit
ad ortum roris, qui cum aurora decidit, quaſi appel-
letur *auroræ roris*, vel *roris auroræ*. Cognominatur à Poe-
tis *ros matutinus*, & *auroræ roſida*. Atque ita ſequitur in
textu לך טל *lecha tal, tibi ros*; quæ negant etiam aliqui d
LXX. legiſſe: aut ſi legerunt, & nomen cum affixo
לרחיך *lerachiech*, quod nunc extat, ſignificans, *ad-
liſcenti tuam*, & non verbum item cum affixo לרחיך
ieladtiech agenui te, (quod tamen aſſerit Agellius hic ce-
ſiſe) voluiſſe obicuriorem ſententiam claram reddere. Hoc
ſecundum vetius; aſſentiorque Genebr. non aliter le-
ctum à LXX. quam nunc habeat Hebr. textus (id etiam
retuli ex Epiphanio) & probabilem cenſeo ſenſum, quę
tradit de generatione Chriſti æterna *ex utero, ab aurora,
tibi ros eſt adoleſcentiæ tuæ*, ideſt, ex utero ſubſtantiæ
meæ, inquit Pater, & è mea ſubſtantia, ab aurora, ſeu
ab ortu auroræ, quum producta eſt, tanto magis ſi ante
illam, tibi eſt ros, (ſive flos, ſuavitas, decor) adole-
ſcentiæ tuæ, quem Michæas edixit, *egreſſum ejus à die-
bus æternitatis*. Eamdem de æterna generatione Chriſti
expoſitionem citatus tenet Epiphanius, contendens, per,
ante luciferum, intelligi ante ſtellas, & Angelos, & om-
nem aliam creaturam. Sed propoſito ſufficit, *ante ſtel-
las*, quemadmodum illis verbis f, *antequam Abraham
fieret, ego ſum*, & Joannes, dicens de illo, *ante me ſa-
ctus eſt* g, idem demonſtravit, Chriſtus tatis oſtendit alia
ſe generatione, quam carnali, quæ ante paucos annos
contigerat, genitum eſſe, hoc eſt, divina & æterna. Il-
lud bene urget Epiphanius hac phraſi, *ex utero* ut de di-
cta æterna generatione, hic locus accipitur, denotari ge-
nerationem non ex nihilo, nec ex materia externa, ſed
ex ipſiſſima Patris ſubſtantia. Denique *ante luciferum*
Chriſtum ut Deum genitum intellexit Athanaſius h, tan-
tequam idem ſecundùm humanam naturam velut luci-
fer ex Virgine naſceretur. Valde multis, maximè Græ-
cis, placuit ſenſus iſte, quorum Euthymius delibans
ſcripta, ait, per *generationem ex utero* indicari identita-
tem ſubſtantiæ generantis & genitiſ & quum dicitur, *an-
te luciferum*, quod æterna fuerit: ut & quum in alio Pſ.
i, ante Solem permanet nomen ejus. Citat etiam ter mo-
nem Baſilii de Spiritu Sancto, cujus adjice teſtimonium
ex 5. contra Eunomium. Præter hos & alios Enarrato-
res Græcos, idem ſentit Cyrillus Jeroſolymitanus k, af-
ferens alium ſimilem locum l; *ego hodie genui te*. Atha-
naſius m quoque qui figuratum iſtum dicendi modum
ſimili declarat *n, eruditavit cor meum verbum bonum*, item
Nyſſenus o. Idem docet Joannes Cantacazenus p: Cy-
rillus Alexandrinus q, comparans hunc locum cum ver-
bis illis quibus dicitur *unigenitus Dei Filius qui eſt in ſi-
nu Patris* r, Theodoretus ſ, Irenæus t, Clemens Ro-
manus u. Latini expoſitores fere omnes conſentiunt, &
alii non pauci nt Tertullianus x eodem referens duorum
paullò ante citatorum Pſalmorum teſtimonia. Hilarius
y, Sixtus Papa II. z Concilium Toletanum XI. a Con-
cilium Hiſpalenſe II. b. Ambroſius c qui argumentatur
de Salomone non poſſe Pſ. iſtum intelligi, quia Salomon
poſt luciferum eſt; oſtendit vero etiam non minus poten-
tem eſſe Filium quod non generet, quoniam proprieta-
tes ſunt perſonarum Patrem eſſe, & Filium; non natu-
ræ ac potentiæ diverſitas. Ad hæc Aug. d partim in ve-
ris, partim in attributis ei operibus, qui ludens in *luci-
feri* vocabulo pro Principe dæmonum, (facit id etiam
Haimo) dicit e Chriſtum eſſe ante omnem illuminatum,
quoniam ab eo illuminantur omnes qui illuminari poſ-
ſunt, denique omnem Angelicam creaturam f, & ex
præſenti ſermonis formula colligit g homouſion laudan-
dum ac retinendum. Deinde Idacius h, Gregentius Te-
phrenſis i, Patrem juraviſſe dicens: tu es ex mea eſſen-
tia: Gregorius Bericus k, argumentans non eſſe Filium
ex nihilo, & per *luciferum* intelligi volens omnem lu-
cidiorem creaturam, ac proinde prorſus omnem. Ilde,
l qui profert 2. & 44. Pſ. Hieron. *m* quoque idem tradit,

ſed ſimul

a Bellarm. de Verbo. c. 2. ſect. 3. 2.
b Joan. 5. 58.
c Joan. c. 1. & hom. in Joan. 1. 1.
d Pſal. 24. 7.
e Pſal. 44. 2.
f Joan. 8. 58.
g Joan. c. 1. & hom. in Joan. 1. 1.
h Athan. in Tit. mit. c. Epiſt. 1.
i in profeſſ. fidei. b. cap. 13.
k Ap. 2. Dam. 1. 4. c. 4. de Fid. cap. 4. de bened. Patr. c. 12.
l Pſalm. de Salomone intelligi non poteſt.
m de Trin. c. 22. contrà Sab. c. 38.
n lib. de ſpir. ſanct. divin. & l. de Trinit. & unit. & dia. Quæſtionum 65. in 1. & 3. contra Maximin. c. 18. & tract. 3. in Joan. & lib. 50. homil. in 43. & 3. de mirac. ſcript. rep. 5. ex tract. 3. in Joan.
o de mirac. bibl. ſcript. cap. 5. & de vit. Moſis. cap. 18. & contr. Varimad. Ieuer. Her. banum.
p de Trinit. & ſpi.